

*62. Instrumentum donationis
di Reforciata de Potentia in
favore di Giuliano de Balio*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*62. Instrumentum donationis
di Reforciata de Potentia in
favore di Giuliano de Balio*

1363-03-27

(c. 39v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno eius nativitatis millesimo <trecentesimo> sexagesimo tertio, regnante domina nostra Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie regina, ducatus Apule# et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno vicesimo primo feliciter amen, quidem die vicesimo septimo mensis martii, prime indictionis, apud Potentiam.

Nos Iacobus Cumbus de Potentia annalis iudex ditte terre Potentie, Angelus de Bonopari puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, // (c. 40r) presenti scripto puplico notumfacimus et testamur quod constitutus in nostri presentia Nicolaus de Masinello, procurator nobilis mulieris domine Reformate de Potentia, relicta quondam domini Vertaldi domini Missanelli, promiserunt nobis per quodam puplicum instrumentum inde confettum plenius constitit evidenter, consentiens primo in nos predittos iudicem et notarium tamquam in suos, cum sciret ex certa sua scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, ex parte una, et Iulianus de Valia de Potentia, ex parte altera; predittus Nicolaus de Missinelli procurator, procuratorio nomine quo supra, pro bonis meritis et servitiis que idem Iulianus prestitit quondam domino Mariano de Lacupensuli, domino Petro Francisco et filio suo et quondam Iacobo dela Cupa filio ditti domini Mariani, prestitit olim in vita eorum ob premium devotionis et rationis ipsorum ditti quondam domini Mariani et aliorum cum eo superius nominat(orum) dedit, traddidit et assignavit per fustem titulo donationis nomine inrevocabiliter inter vivos petiolas seu tuminos terrarum duarum, sitarum in

tenimento Potentie, in contrata Renissa, quarum hos dixit fore confines: ab una parte unius petie terre tenet Angelus de notario Andrea, mediante limite comuni; a duabus partibus tenet notarius Mattheus de Marsico, mediante limitibus comunibus, et si qui alii sunt confines; fuerint vero alterius petia terre: tenet subscripta omnia comuniter mediante quoddam valloncello parte tenet her(es) quondam Troyani de la Bama mediante limite comuni, a tertia parte tenet dittus notarius Mattheus de Marsico et siqui alii sunt confines. quapropter idem Nicolaus de Missinello procurator ut supra, procuratorio nomine quo supra, eidem Iuliano suisque heredibus dedit et tradidit liberam plenariam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerint alienandi petiolas seu tuminos duarum terrarum predittarum, cum omnibus iuribus, omnibus, in//gressionibus (c. 40v) et regressibuss suis, promittens insuper dittus Nicolaus procurator, procuratorio nomine quo supra, per se suosque heredes eidem Iuliano pro se suisque heredibus stipulanti, litem vel controversiam ipsi Iuliano suisque heredibus ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsas duas petiolas seu tuminos tam in proprietate quam in possessione ab omni homine legitime defendere, autorizare et disbrigare et predittam donationem, omnia et singula supraditta et infrascritta perpetuo firma, rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se, alium vel alios, nomine quo supra, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de fatto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena unciarum auri duarum, medietate ipsius pene reginali curie et reliqua medietate ditto Iuliano vel heredibus suis, si sic exinde forte applicanda, me preditto notario pro parte ipsius curie

stipulante <et dicto Iuliano pro se suisque heredibus
penam ipsam legitime et sollempniter> stipulantibus;
qua pena soluta vel non, supraditta omnia et singula
inperpetuum in suo robore perdurent et ad mayorem
cautelam predittus Nicolaus de Missanello procurator ut
supra in manibus ditti Iuliani ad santa Dei evangelia
corporaliter <per eum> tatta iuravit supraditta omnia et
singula inperpetuum observare et quolibet premissorum
facere ab omnibus observare. Quod autem superius ubi
legitur «anno» interlinea(tum) et emendatum est per
manus mei qui supra notarii, non vitio sed errore.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

A Missanello (qui e in seguito)

A Refociata

A Bertholdi

A de cuius procuratione

A Balio

A Aymario piuttosto che Mariano, (qui e in seguito)

A Thomasio fratre suo piuttosto che Petro - suo

A Lacupensuli

A et animarum

6

10

11

12

13

14

15

16

Et altera ego quidem Angelus de Bonopari puplicus
Potentinus <sic> notarius hoc presens puplicum
instrumentum scripsi qui predittis omnibus vocatus
interfui et meo solito signo signavi. (SN) Ego Iacobus
Cumbus iudex civitatis Potentie qui supra Ego Mattheus
de Coffo testis interfui Ego Angelus de notario Andrea
interfui

17

A cunios (*qui e in seguito*)

A Rivissi

A Maffeus (*qui e in seguito*)

A fines vero alterius petie terre: tenet ecclesia Sante Trinitatis
mediante (con)dam <sic> valluncello, a secunda parte tenent
heredes condam *piuttosto che* fuerint - heres

A Gregorii de Balzama

A rationibus

A secus inde fieret *piuttosto che* sic - forte

A taliter